

Ecce, ascendimus Ierosolimam. Matheus 20°. Scribit Petrus in
 Reductorio in uno libro, qui dicitur *Moralis*, talem rem: Transivit
 semel unus homo simplex illius status simplicis per Parisium,
 quem multi non habuerunt pro sapiente, et contigit, quod una
 5 vice intravit scolam studencium inter studentes et invenit, modo
 arguunt inter se de diversis questionibus. Tunc iste cogitavit in-
 tra se, quid ad hec faceret, et veniens ad unum scriptorem rogavit
 eum, ut sibi scriberet modicam litteram, scilicet quid esset me-
 lius, utrum ut homo studeat, que nescit et ignorat, an quod illa
 10 faciat, quod scit, et proiecit illam litteram inter studentes. Qui
 disputantes inter se ad utramque partem diffinierunt, quod melius
 est facere, que scit, quam studere, que nescit. Tunc ille dixit:
 Omnes vos estis fatui et insipientes. Semper enim studetis et
 nichil boni facitis. Iste simplex redarguit sapientes. Pro eo hoc
 15 dixi: Nunc nos sumus instructi in multis bonis rebus | isto ieiunio, quomodo ieiunare, orare, confiteri debemus, et tamen ista
 non facimus, et quomodo cum dyabolo pugnare debemus.

Ideo hodie stacio fit ad sanctam Ceciliam, que fecit hoc, quod

Sed diceret, quod est illud peccatum? Audi, scribitur in Vitis patrum: Transivit unus ad silvam, ut peniteret ibi septem annis, et stetit in uno trunco, id est PNIJ, nudus. Ibi multa passus est, modo pluvia, ymbres, nives eum affligunt, et sic, quod in illis annis OBROSTIL SIE GEST MCEM. Modo ille iam confidens de se, quia iam multa passus est, clamavit et oravit dicens: Domine Deus, iam sum bonus et iam sum dignus, iam debes me exaudire! Ecce, confidencia sua! Modo hoc nullus sanctus fecit, quilibet enim sanctus semper se accusavit, et iste collaudavit se dicens: Iam sum dignus et exaudire me debes. Et tamen Deus eum non exaudivit.

Sed vide, quomodo mortuus est. Venit unus venator volens venari et videns istum nesciens, utrum sit homo, apprehendit balistam et voluit eum sagittare. Et iste clamavit dicens: Noli sagittare! Et iste: Quis es tu? Respondit: Ego sum homo. Et iste venator: Quid facis hic? Respondit: Peniteo hic iam septem annis. Venator: Quid mali fecisti? Respondit: Nichil. Tunc iste: Hoc est mirabile, quod tanta pateris. Modo ego nichil boni feci, et tamen spero, quod Deus secundum misericordiam suam miseretur mei. Tunc | iste: Ex quo mei non vult misereri, qui tanta hic pacior, quid tunc tui? Tunc iste venator audiens hoc proiecit balistam et se ad terram et maxime incepit flere, sic, quod in illo fletu expiravit.

Et iste vidit, modo angeli animam eius in celum deferrunt, et clamavit dicens: O Deus, quomodo iniuste iudicas, iste per omnia in seculo fuit malus et ego hic multa pacior, et tamen eum salvasti! Ibo etiam ad seculum et ero malus! Et volens descendere POKLICZIL SIE et fregit caput. Et dyaboli animam eius receperunt. Ecce, sua mala confidencia impedivit eum.

Secundum impedimentum est, quia in oratione non perseveras. Quamcito te Deus non exaudit ad tuam voluntatem, statim desistis. Modo dicitur: Deus

STWIE filiis sine passi
5 Talia multa fiunt in nobis, quod inutilia in oracionibus petimus.
Sicut scribitur, quod fuit una mulier, quam vir suus sepe per-
cuciebat, que in suis oracionibus rogavit Deum, ut maritus prius
moreretur. Tunc vir presciens hoc habuit duas occasiones, id est
PRZICZYNY, primo, quod semper maledixit eum et contendit, se-
10 cundo, quod rogavit mortem super eum. Et sic semper eam per-
cussit. Tandem ista venit ad unam suam vicinam conquerens illi
de isto et dicit: Peto, consule michi ad ista, quia vir meus semper
me percutit. Cui vicina: Quia forte sola es rea, attamen si vis
obedire, habeo in orto GEDEN KERZ WELIKY et ibi est una radix.
15 Cras mane ante ortum solis, quando adhuc sunt tenebre, vade ibi
et dic ter: Audi, bona radix, vir meus me percutit. Et ista non
potens expectare summo mane venit illuc et ista vicina pre|venit 99v
eam et sedit retro illum ramum, id est KRZEM, et quando ista dixit
,Vir meus me percutit', et eciam ista respondens dixit: Quare
20 eum maledicis et oras, ut moreretur? Et post ista venit ad vicinam
dicens: Sic michi respondit. Tunc vicina respondit: Ego narravi,
quia sola rea es.

O, si illa radix esset hic! Et sic multi inutilia petunt. Et multa
sunt alia impedimenta. Ergo NEROZPAKUyme SIE in oracionibus,
25 sed petamus perseveranter.